



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Roberti Tvrneri Devonii Oratoris Et Philosophi
Ingolstadiensis Panegyrici Dvo**

Turner, Robert

Ingolstadii, Anno M. DC. IX.

Robertvs Tvrnervs Gvlielmo Alano, Patrono, Sanctissimo, doctissimo S. P.
D. Dvacvm. IX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69598](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69598)

figia haud leuiter pressa. nam periodi disfluebant. vbi nerui, quos notauit? sententia nō alia ex aliis nexa. vbi prudentia, quam toties docui, non posse doceri? in loco etiā communi haeres, triumphas. quorsum tam magna crepida huic pusioni? quorsum amplificationes ista tenuitati epistola? oratio reliqua tersa est. mihi crede. & petita ex medio Cicerone, planè digna Fitzherberto. id est, eo, qui cumulum eloquentiae facile consequetur, si nervos paululūm intenderit. ad quam gloriam, vt ego tibi faces praferam, de imitatione pauca, qua mens animus iamdiu parturit, proximis fortasse literis adumbrabo. in quibus facile perspicies, quibus periodi vinculis solent constringi, ne dissipata hiant; quae figurae & amplificationes, cui dicendi generi intexi debent, item qua ratione cuiusque authoris artificium eliciendum sit, quibus rebus tota penè imitationis doctrina continetur. Vale. Parisiis.

ROBERTVS TURNERVS

GVLIELMO ALANO, PATRONO, SANCTISSIMO, DOCTISSIMO S. P. D.

DVACVM.

IX.

Viuo, & tibi (doctissime ALANE) quoad viuam, viuam valeo, & tui (id tua in me beneficia innume-

nume-

numerabilia exigunt) quamdiu valeo, valebo semper.
 R. Episcopus Rossensis te adamat. nam quoties de
 ALANO percunctatur, ex antiqua memoria Hierony-
 num aut Augustinum aliquem videtur informasse
 cogitatione. quoties de ALANO loquitur, totum
 omnibus depingit hominem summa humanitate pe-
 litum, intima doctrina praditum, antiquis moribus
 excultum, pietate denique admirabilem, qui ratio-
 nes ita instituit, ut suis, non sibi viuat; ad Deum, non
 ad homines omnia referat. non fallo assentando, tu
 viuum equidem, si te crebris sermonibus non v'superpet-
 & omnium virtutum exemplum, suis, alienis, omni-
 bus denique non proponat: quem tuas virtutes oratio-
 ne adumbrantem dum audio, cogitare soleo, & quomodo
 tu similis ALANO? ita es sine fuco apertus, sine do-
 le candidus. quid plura? nihil profecto habet Lucius
 illo praestantius. cogitas doctum? nihil est, mirari
 um. putas prudentem? nugae sunt, obstupefce simi-
 rum. breuiter comprehendo. tam sudat pro Ecclesia
 grauitate, ut duo Hieronymi; tam pugnat pro patria
 fortiter, ut duo Scauola in illius pectus commigra-
 se videantur. cuius moribus, suauitate, mensa quod
 fruor, & me felicem. de rebus nouis quid quaris? nihil
 hic antiqui, noua sunt omnia, ut malim co-
 te nihil, quam omnia. Vale.

Parisiis.



ROBER-